



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De superbia conuiuorum. Cap. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](#)

amor pauperū. Timendum est ne Deus multū offendatur, quoniam subrahitur ori suo in pauperibus, vnde equi impinguantur.

*De superbia qua apparet in familia.* C A P. X X.

Nōtandum quod tria possunt esse reprehēsibilia in familiā alicuius potentis. Primum est, multitudo. vnde Ecclesi. 5. Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedūt eas, & quid prodest pollesfori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Secundum est, vita in honesta. vnde Bernardus: Nec te dixeris sanum dolente latera: hoc est, ne te dixeris bonum malis innitentem. Nō tuta est bonitas tua obfessa malis, nō magis quam sanitas vicino serenti. & David in Psalm. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Nō habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, &c. Tertium est, inutilitas. Fatuum enim est habere familiam sibi inutilē. Proverbiorum 14. Iracundiam regis seruus inutilis sustinet. Matth. 2. Seruum inutilem proicite in tenebras exteriores: & sicut diximus prius, Christianos qui pompati sunt, quantū ad multitudinem eorum, apostatas esse & transgressores basifismatis, quo promiserūt abrenuntiare pompis diaboli: sic possum dicere de illis qui pompati sunt, quātum ad magnam familiam, qui gaudent de multitudine familiæ sequentis eos. Tali faciūtate laborant quali laborat ille qui deferens mel, gauderet eō quod multæ muscæ sequentur eum. Senec. Multi aliquem coniurantur, mel muscæ sequūtur, cadauera lupi, frumenta formica, prædam sequitur turba ista, non hominē. Quandoque familia quam credit superbus esse suā, potius est familia diaboli, custodiens eā diabolo. vendit etiam eam diabolo, dum procurat, quod ipsa corrumpatur in iudicio vel alio modo: quādoque etiā viuum sepelit eum, dum ei adulatur. Vnde Greg. loquēs de illo verbo Matth. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos, dicit: Mottuus mortuum sepelit, cum peccator peccatorem aggere adulatio[n]is premit. Familia etiam superbi eū comedit, dum temporalia quæ illi vñita sunt per amorem consumit. vnde August. Nimij amatores temporaliū fecerūt ea mēbra sua. Vnde vñaliter solent dicere auati cū bona eorum comeduntur, se comedunt.

*De superbia coniuiorū.* C A P. X X I.

Superbia coniuiorū apparet. Primo in hoc, q̄ magni & diuites in uitātū qui nō indigēt, & pauperes relinquūt: cōtra illud Luc. 14. Cū facis cōiuiū, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia nō habet vnde retribuāt tibi: retribuetur enī tibi in retributione iustorū. Secū. in hoc, q̄ sunt multi mini-

stri ibi in superbo apparatu. Qui autem gaudet de multitudo  
superborum ministrorum, a huc veniet hora quod vellent habe-  
re vnum ministru leprosum, nec poterunt habere. vnde Luc. 16.  
dicit diues qui erat in inferno: Pater Abraham, misericordia mea, &  
mitte Lazarum &c. Lazarus plenus fuit viceribus, & tamen di-  
ues eius ministerum desiderabat, pro superbis ministris quos ha-  
buerat hic. Non gaudebat David de talibus ministris, cum dige-  
ret: Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.  
¶ Tertio, apparet superbia in vacietate ferculorum, & deauran-  
te, & splendore eorum ad vanam gloriam. Scilicet. Non ma-  
gno constat nobis famas, sed ambitio. Idem: Nam non sunt homi-  
nes dentibus, & ore, & ventre ad pompam contenti: oculis quo-  
que gulosi sunt. ¶ Quarto, apparet superbia in vasis aureis & au-  
gentinis. Mira fatuitas, quod homines volunt habere vas auro  
& argenteo ad replendum ventrem, qui est vas immundicie, si  
ad replendum vas vinaria, quæ munda sunt, sufficiant medicina  
seu vas lignea. ¶ Quinto, apparet superbia in multitudo  
musicorum instrumentorum. Job. 21. Tenent tympanum, & citha-  
ram, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos,  
& in puncto ad inferna descendunt. Esaiæ 5. Cithara, & lyra  
tympanum, & tibia, & vinum in conuiciis vestris: & opus Do-  
mini non respicitis, scilicet iustitiam quam faciet in die iudicii.

*De superbia ædificiorum.*

C A P . X X I I

**N**otandum quod circa ædificia sex possunt esse reprehensi-  
bilia. ¶ Primum est multitudo. Esa. 5. Væ qui coniungit se-  
mum ad domum. Item reprehensibilia sunt in ædificiis magni-  
tudo, sumptuositas, & delectabilitas. Delectabilitas vero attendi-  
tur circa colores picturatum, & quantum ad caliditatem in hys-  
me, & frigiditatem in astate. Ierem. 22. Væ qui dicit, Edificabo  
mihi domum latam, & cœnacula spatiose, ecce magnitudo. Qui  
aperit sibi fenestras, ecce delectabilitas. Et facit laquearia ci-  
drina, ecce sumptuositas. Pingiturque sinopide. Interim id est  
Christi sanguine. Item reprehensibile est in ædificiis, quod o de  
rebus iniuste acquisitis sunt. Ierem. 22. Væ qui ædificat domum  
suam in iniustitia. Item reprehensibile est in ædificiis intentio  
mala: quando scilicet sunt ad vanitatem, non ad necessitatem.  
Senec. Domus munimentum sit aduersus infesta corporis: hanc  
vtrum sepes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil intel-  
lest: Scitote homines tam bene culmo, quam auro tegi. ¶ Con-  
temnите cetera quæ superiuacuus labor velut ornamentum ac  
decus ponit: mementote nihil præter animum esse mirabile,

cui